

error. 10. Ad contractus hoc jus non pertinet. 110.
de V. O. C. Cz. 3. c. 2. d. 16. Suanenburg. d. 1.

E Adjungitur res nostræ rei, ipsò jure, etiam ignorantibus
& invitis: 80. 31. de A. O. H. 38. 53. §. 1. 55. eodem. L. un.
§. 10. C. de caduc. toll. Pluribus acquiritur pro portione here-
ditaria, L. un. §. 10. C. de caduc. toll. Et quidem hereditas, ac
pars mixtim conjuncti, cum onere: re verò tantum conjuncti,
absque onere. L. un. §. 11. C. de caduc. toll. vid. Fibich. ad Fr.
Exerc. 7. q. 2.

DE ANNUIS LEGAT. ET FIDEI- XXXIII. 1. COMMISS.

D Annuum Legatum est Legatum, in singulos annos reli-
ctum: (e. g. heres meus Titia, donec nubat, 100. da-
to) Licet vox annua non fuerit adjecta: & singulis annis de-
betur, 17. pr. primò purè, in futuris conditionaliter: 4. 11. h.
O nam plura iunt Legata, dd. LL. Morte Legatarii extinguun-
tur: 8. pr. non etiam capitis diminutione: 8. Reipubl. reli-
ctum, nunquam finitur: 6. h. primi anni legatum ab initio
statim transmittitur. 5. 8. inf. h.

Aliud est, si certa summa legata, & ejus solutio in diversa
tempora collata: nam tùm Legatum purum est, & unum, ac
in heredes transmittitur: 20. quando dies legat. Hoc in du-
bio non præsumitur. 8. pr. h.

Aliud etiam est in stipulatione & conventionione annua,
quæ pura & perpetua est. 16. §. 1. de V. O.

DE USU ET USUFR. ET REDIT. ET HABITAT. ET OPERIS PER LE- GATUM VEL FIDEICOMM. DA- XXXIII. 2. TIS.

D E usu, habitatione, &c. vid. supr. Hic agitur de servi-
tute personali legata: Usufr. legatus videtur, si legentur
annui fructus, 41. h. nisi aliud voluerit testator, L. un. pr.
quand. dies usufr. leg. sed. quod in dubio non præsumitur.
20. de usufr. Proprietas autem legata videtur, si quis leget
fundum, ad utendum fruendum, arg. 15. de aur. & arg. Cz. 3.
s. 13. d. 9. vel usumfructum, cum plenissima & liberrima po-
testate alienandi. Cz. 3. s. 13. d. 11. C. Si uni fundus, alteri usus-
fructus ejus legatus sit, in usufr. ambo concurrunt. 19. 26.
§. 1. h. Cz. 3. s. 13. d. 17. Legatum omnium bonorum con-
tinet etiam acquisita post fact. testamentum. 37. 8. de Leg. 1.
§. 18. 19. I. de leg. f. C. quæ res pign. dat. J. J. J. Theaur. dec. 168.
[Obst. 7. de aur. & arg. leg.] Reditus hîc in specie signifi-
cant præstationem fructuum, quæ fieri debet ab herede. 38. h.
Hæc legata sunt personalia. 32.

DE SERVITUTE LE- XXXIII. 3. GATA.

S ervitutes reales etiam legantur: de quibus suprâ ad lib. 8. DE